

ITINERA
CONSTANTINO POLITANVM
ET
AMASIANVM
A B

Augerio Gislenio Busbequio ad Solimanum Turcarum Imperatorem C. M. Oratore confecta.

Eiusdem BVSBEQVI de re militari contra Turcam instituenda consilium.

ALTERA EDITIO.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
cl. lxxxiii.

A V G E R I I G I S L E N I I
A B Y S B E Q V I O

Itinera Constantinopolitanum
& Amasianum.



V O D tibi discedens promiseram, fore,
ut de toto itinere meo Constantinopolita-
no certior à me fieres; in eo fidem liberare
volo. & quidem, ni fallor, liberabo cu-
mulate. nam, ad iter Constantinopoli-
tanum, accedet Amasianum; illo haud paulo minus tritum
minusque vulgare. Tu, si qua mihi iucunda euenisse intelli-
ges, tuam partem voluptatis feres; quod pro veteri necessi-
tudine nostra nihil habeam quod mihi non sit commune re-
cum. sin qua euenerunt, quod in tanta itineris magnitudine
& difficultate fuit necesse, molestiora; nihil ad te pertinere
indicabis; quod ea præterita, quo fuerunt in experiendo
grauiora, eo mihi ipsi nunc fiant recordari lucundiora. Non
te fugit cùm essem ex Anglia domum reuersus, à Regis
Philippi & Regina Maria nuptiis, ubi fueram inter com-
tes Don Petri Lassī, quem honoris causa eò Romanorum
Rex Ferdinandus dominus meus clementissimus, legauer-
rat, quemadmodum idem Ferdinandus me per litteras ad
hoc iter euocari. quas cùm Insulis 111. Nouembris ac-
cepissem; tantum mora interposui dū ad Busbequium desle-
cterem, patrique & amicis valedicerem. inde facto per Tor-
nacum itinere mox Bruxellam properavi. Bruxellae conue-
ni ipsum Don Petrum: qui currenti, quod aiunt, calcas ad-
didit, Regis ad se litteris ostensis, quibus ei mandabat ut

A 3 mihi

EIVSDEM
BVSB EQVII
secunda
IN
THRACIAM
profectio.